

norem omnium Sanctorum: & ille rursus ea pacificetur: donec A sponte Bernardo se insinuans, dicere: Nolim amplius divinas, sed perennes cum Deo inire inducias. Tantum prodest in-
Beyerl. in Apop. Christ. tit. de Consuetud.

Quanta vero innata jam consuetudinis vis sit, & usus suo di-
cto alterius Ecclēsiæ Doctorem Chrysostrum, auctores sunt
Anton. Max. Serm. de consuetud. dicebat autem: Nihil tam
firmum est in rebus humanis, quam veteris consuetudinis ty-
ranis. Hinc verè Ethnici alteram naturam dixere consuetudi-
nem, ejusque imperium gravissimum, nam ut rectè Juven.
— Laqueo tenet ambitiosi

Consuetudo mali.

Ludovicus Palatinus Comes, præclarus vir jure inter præ-
claros Civiles ordinis, à nobis recessit. Cum enim quid-
nam eligendum, optandumque alterarentur nonnulli: inter-
rupto sermone, Eligenda est, ait, optima vite ratio, quam
consuetudo reddet suavissimam. Meminerat illius Stagiriæ:
Multa quæ natura sua non sunt delectabilia, cum fuerint assue-
tudinē superata, tandem sunt delectabilia. Timot. Berck. in
Orat. Fun. Ludovici.

Quidam interroganti, quidnam homini inter cætera esset
suavissimum: Id, ait, quod tota vita consuevit? Quare Orolius
de Ornesta lib. 1. præclarè sentit: Dum, inquit, perpetuò in
vita sua tranquillitatem, & deliciarum sereno assueti sunt,
ad omne, vel modicum obductæ solitudinis nubilum commo-
ventur.

* HIEROGLYPHICA.

Consuetudinis perniciose hominem indicaturus quispiam
caprimulgum avem pingat: ea enim inter capras familiariter
versatur, appetitque earum ubera fugere: quod cum fecerit,
uber extinguitur: capra, ut ajunt, excæcatur. Pier. Vall. 26.
pagina 238. E.

Consules.

Vide sub Tit. de Magistrat. Item de Insignibus notis
rerum, Ambitione, Gloria cupiditate.

Consulor.

Vide Locum de Consilio.

* DEFINITIO, ET VOCIS USURPATIO.

Consulor verbale est à Consulo, quod est proprie consi-
lium peto: dicitur is, qui alium consulit, id est, ab alio
rationem, aut consilium inquiri: consulari dicitur. Quamvis
etiam pro illo accipitur, qui alteri consilium, & auxilium im-
parat: qui Græcis σὺμβουλος βουλευτής appellatur. Exempla
sunt obvia.

CONSULERE ALTERI.

QUID.
Pacem.

Cum Scipio duras pacis condiciones Carthaginensibus præ-
scripsisset, easque tumultuose multitudine audivisset, & Gisco
ad dissuadendam pacem suggestum ascendisset, ab Hanni-
bale ex superiore loco est videtur. Quæ insueta liberè civita-
tis species cum populi fremitu movisset, perturbatus Hani-
bale, imprudens excusavit, quod puer patria profectus,
leges, & jura civitatis, ut homo militia assuetus, parum calle-
ret. Inde de pace distulit, cætera exsecutus, quæ præsentis Ita-
liæ rerum conducere, pacem ut aequam, & necessariam pro-
bavit: ac secundum eam concionem ad mare descendens, ubi
navis ad id præparata erat, sponte in exilium abiit, ne Scipio-
ni traderetur. Sab. lib. 5. c. 5.

Veneficium.

Pædagogus senex apud Euripid. in Ione consulti ipsi Creu-
sæ, ut tollat veneno Xuthum maritum cum novo filio Ione,
inquiens: Eapropter te jam muliebri quiddam facere oportet.
Aut gladio, aut dolo, aut venenis tuum interfice maritum,
& puerum, antequam mors tibi ex illis veniat. Si enim negli-
gentibus fueris, privaberis hac vita. Duobus enim hostibus ve-
nientibus sub unum teclum, aut alterum oportet infortonium
pati, aut alterum.

QUI.

Stulti.

Herodotus Cræsum Lydorum regem insanum, vanum, &
ridiculum dixit in omnibus fuisse: ab hoc nihilominus docet
cæpitio instructum, & correctum Cyrum Regem Persarum,
quem prudentia, virtute & magnanimitate longe omnibus re-
gibus præstitisse apparet. Plut. in Apop. Herod.

QUIBUS.

Ducibus.

Cum in Atticam incurrisset, & depopularentur oram ma-
ritimam Macedones, eduxit juventutem Phocion. Ibi Multis
accurentibus, momentibusque, ut illum tumulum occuparet,
hinc instrueret aciem: Papæ, inquit, quam multos duces, pau-
cos video milites! sed tamen signis collatis fudit, occiditque du-
ctorem Macedonum Niconem. Plut. in Apop.

Legatis.

HOMERUS in valde angustiis Græcorum rebus (cum mite-
rentur legati ad Achillem, ut placereat Agamemnoni, open-
que ferret exercitui, in magnis periculis constituto) fingit Ne-
storē, quamvis intelligeret legatos esse sapientes, tamen non
cessasse ipsis stimulum admove, & consilio suo eos meliores
reddere. Vid. lib. 3. Var. Lib. c. 1.

Hofibus.

CENSORIUS apud Appian. in Libico auctoritate fenatus Ro-
mani suadens Carthaginensibus, ut relicta urbe, quæ everten-
da erat, locum alium à mari LXXX. stadiis distantem caperent:
Carthaginem nihilominus mensuram dicebat, quod Viri, non
Locus civitatem facerent.

QUOMODO.

Symbolicè.

Adolescens quidam Atrætes Pittaco consuluit, ultra
sibi à duabus ducenda esset uxor. Nam duæ offeren-
tur: altera par opibus, ac genere, altera utroque supe-
rior. At ille sublato scipione, quo mitebatur, admonuit,
ut pergeret ad trivia civitatis, quò pueri trochis ludentes
conveniunt: eos consulere, & quod illi dedissent consi-
lii, id sequeretur. Pueri ex proverbiali cantione responde-
runt, ubi id dicitur. Æqualem uxorem esse ducendam.
Itaque adolescens altera præterita, duxit æqualem. Laert. lib. 4.
Callimachus.

Prudenter, Astute, Stultè.

Vide Locos Habituum similitum.

HIERON Syracusanorum tyrannus, xv. annorum puer,
ab Hierone Andronodori tutoris impulsu à Rom. brevi aliena-
tus est. Obstitit aliquandiu Thrafo tutorum unus, qui falso,
Theodori cusum indicio, vel pupillo capitales tenderet
insidias, interfecitque est. Eo sublato, puer apertè ad Hani-
balem defecit, missis ad hoc ipsum legatis, qui cum eo desce-
derent. Sed paucis diebus quibus hæc citro ultroque sa-
data sunt, cum fortè in Leontinos venisset, sibi à conjuratis
multis est vulneribus confosus, & relictus insepultus. Sab.
lib. 5. Ennead. 5.

Quere plura Tit. de Prudentia, Consilio, &c.

CONSULERE ALIUM.

Ex Loco Prudentia multa hæc exempla faciunt.

Cum Moyse Deus loquebatur: & tamen consilium regendi
populi à focero suo, licet alienigena, & minime superbus, &
maximè providus accepit. Exod. 18.

PERICLES clariss. Atheniensium Dux Menippo est ad res fo-
ris gerendas usus: Ephialtis opera consilii Ateopagici aucto-
ritatem sregit: Charini legem contra Megarcens perulit:
Lamponem ad coloniam T. burios ducendam legavit. Plut. in
Præceptis. Politicus.

PANETIUM Stoicum philosophum accivit P. Scipio, cum
senatus eum misisset genium improbitatem, & bene co-
stitutos mores speculatur. Plut. cum Principibus esse philo-
sophandum.

C. Lælio idem Scipio domi, militiaeque semper consiliorum
auctore utebatur: ut dicerent nonnulli histiorum actio-
num Scipionem, Poetam esse Lælium. Plut. arch. an Sen. trad.
resp. 3.

CICERO fatebatur optima se, & summa consilia sua, quibus
salubriter consul insidens patriam servavit, cum P. Nigidio
philosopho infesse. Idem.

Tiberius Cæsar, cum Varianam cladem negligentia Quin-
titi ducis accidisse cerneret, qui semper alias sui arbitrii,
contentusque se uno fuerat, tunc præter consuetudinem, cum
pluri-

pluribus de ratione belli in Germaniam veniens consultavit.

A Sueton. NERO Casar quoties ad consulandum sederet, neque in
commune quicquam, neque populum deliberabat: sed &
conscriptas ab unoquoque sententias tacitas, ac secreto legens,
quid ipsi libuisset, perinde acque pluribus idem videretur,
pronuntiabat. Sueton.

M. Antoninus Pius Imperator multa de jure sanxit, usulque
est jurisperitis, Vinidio Vero, Salvio Valente, Volufio Me-
tiano, Ulpio Marcello, & Jaboleno. Neque de provinciis, ne-
que de illis actis quicquam constituit, nisi quod prius ad amici-
cos retulit: acque eorum sententia formas composuit. Vifus
est sanè ab amicis, & cum privatis vestibus, & domestica qua-
dam gereas. Capitulinus.

LAURENTUS Medicus Petri F. Republicæ Florentinæ prin-
ceps in consulendis amicis, five ille fidei hominum, five con-
stantiæ diffideret, aliquando variavit: minime diu isdem
usus. Quos verò in consilium adhibere decrevisset, non illos
quidem eodem tempore, sed deductos ab aliis de Rep. consu-
lebat. Ita ubi ab aliis, qui quæ aliorum esse sententia ignora-
rent, eadem asserti compelleret, in multorum consensu, quem
B neque præsentium æmulatio divelleret, neque studium, &
gratia in mala sententia tueretur, consilium optimum esse, &
tutissimum arbitrabatur. Brut. lib. 5. hist. Florent.

CONSULTARE.

Ex Loco Prudentia in Consulendo, præfens titulus
illustrandus.

Bellum inter Thesalos, & Phocenses atrox erat. Phocen-
ses magistratus illorum, & tyrannos in civitatibus suis uno
die universos interfecerant. Thesali flagris ad necem usque
verberarent quinquaginta illorum obides: mox omni no-
mine exercito Thesalorum, in fines eorum per Locros irupe-
rent, decreto proposito, ut omnes puberes interficerentur,
impubes, & feminae in servitutem redigerentur. Ibi Daiphantus
Bathillii filius, qui tertius in summo magistratu erat, au-
ctor fuit Phocenibus, ut ipsi Thesalis occurrerent, ac cum
eis dimicaret: uxores, ac liberos ex tota gente certum in lo-
cum cogent, rogamque circa extruerent, adjuncto præsidio,
C cui præcipient fieri cernerent rem inclinam, ut illic materia
subderent flammam, corporaque concremarent. Quibus
cum reliqui assensu essent, unus surrexit. Hic par ait esse, ut
mulieres ea comprobarent: sin minus, non tantandum, neque
vim eis asserendam. Re ad Feminas delata, ipsæ seorsum con-
cilio habito approbarent decretum, ac Daiphantum, quod
optimè consulisset genti, corona donaverunt. Pueros quo-
que memorant sua habita per se concione huic decreto scri-
psisse. His paratis ad Cleonas Hicampolis Phocenses victo-
riam retulerunt. Græci hoc Phocensium decretum Desperationem
vocalunt. Mense autem Elaphebolione, omnium sum-
mam festum Hiampoli Dianæ hujus victorie causâ etiam nunc
celebrant. Plut. de Virtutib. mulierum.

Milefiorum tyrannus oppressis Thoante, & Damasenore,
factiones civitatem tenuerunt duæ: quarum una Plontis, altera
nominabatur Chiromacha. Cum autem pollerent, qui in
auctoritate erant, remque publicam traxissent ad suam fa-
ctionem: deliberabant de summa, navigia confederentes, ve-
stique procul terant in altum: deliberatione habita in portum
recurbant. Hinc à navigandi crebritate. Ainautæ appellati
D sunt. Plut. in pr. Græcis.

Populo Romano memoravit Augustus Cæsar successorem
imperii relicturum, qui nunquam eadem de re bis delibe-
rasset: Tiberium denotans, in consulando lentissimum. Plut.
in Apop.

ALBIONIS Longobardorum Rex ad primos Italiae fines
montem excelsum ascendit, qui deinde ab eo Mons regius
dicitur est: atque ex eo subjeclam Italiam contemplan, Italia
desteram off camporum planitie, & fertilitatem petendi
consilium cepit. Sig. 1. 3. regni Ital.

Germani de conciliandis invicem inimicis, & jungendis af-
finitatibus, & addiscendis principibus, de pace denique, ac bello
plurimum in conviviis consultant: tanquam nullo magis
tempore, aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad
magis incalefcit. Gens non astuta, nec callida aperit adhuc
secretæ pectoris, licentia loci ergo detecta, & nuda omnium
mens postera de retractatur, & salva utriusque temporis ratio
est. Deliberant, dum fingere nesciunt: constituunt, dum cre-
tate non possunt. Tacit. de moribus Germanorum.

BULEUTERIA, LOCA CONSULTATIONUM.

Cyzici buleuterion vocant adificium amplum, sine ferro
clavo, ita disposita cogitatione, ut eximantur trabes, sine ful-
turis, ac reponantur. Quod enim Romæ in ponte publico re-
ligiosum est, posteaquam Coelitus Horatio defendente agrè
revultus est. Plin. lib. 136. c. 15.

Cœtus, & belli consilia, in Deli insulæ templo, nonnun-
quam apud Olympia Græci olim habebant: deque rebus ma-
ximis de concilii sententia decernebant.

Romæ ædes Vulcani extra mœnia à Romulo fuit ædificata,
ut esset confessus ei, & curia arcana cum regni consortē Tatio:
quo coacti ibi cum Senatoribus sine interpellatione de Reipubl.
quiete deliberarent, Plut. in Cont. Rom.

Contactus.

IMPUDICUS.

Quere sub Tit. de Impudicitia Venerea, §. circa
contactum.

Item videatur integer Tit. de Tactu sub
litera T.

Contemptus.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Contemptus à contemno, quod vilipendo, & despicio
significat, quamvis nonnulli velint minus esse contem-
nere, quam despiciere: utuntur etiam alii voce temno, juxta
illud Virgillii 6. Æneid.

Discite justitiam metui, is non tenuere Divos.
Est autem contemptus vilipendia ceteræ rei, aut personæ
nata ex eo, quòd in illis judicetur conditio aliqua, propter
quam pro tali habeantur, accedente voluntate, eadem ex-
terius, interiusque eo modo tractandi. Græci εὐνόβη διακρίσις,
quod proprie paucitatem significat. Quod enim quidpiam vi-
lipendatur, provenit ex eo, quod existimetur habere paucas
qualitates honore, ac laude dignas.

* GRADUS VARIJ CONTEMPTUS.

Varios gradus Contemptus notant Canonistæ: nam contem-
nitur res aliqua, vel persona tanquam noxia: vel tanquam in
se vilis, & probo digna: vel denique tanquam minus vile, aut
signum, quam exterior videatur, aut ejus gradus requirit.

* CONTEMPTUS DEI, ET
Hominum punitus.

* EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

AGAR ancilla Saræ ob despeclam dominam punita est,
dixit enim angelus: Revertere ad dominam tuam, & humiliare
sub manu illius, &c. Gen. 16.

MICHAEL F. Saur, quia despexit maritum suum David Re-
gem, non est natus filius usque in Diem mortis sue. 2. Reg. 6.

Quia Rabaces dux militum Regis Assyriorum contemptum
locutus est de populo Hierosolymitano, & de Deo Hebræo-
rum, percussit angelus in castris Assyriorum centum octoginta H
quinque millia. 4. Reg. 18. 19.

Quia Aman Princeps Mardochæum Jædæum ad fores Pa-
latii sedentem inter omnes mortales maximè despexerat, ita
ut suadentibus amicis excelsum trabem altitudinis quinquag-
inta cubitorum, è qua eum suspenderet, fieri iussit: & propter
eum omnes Judæos per litteras annulo regio signatas ubi-
que trucidari mandarar, tandem coactus est cum summa sua
ignominia illum ipsum Mardochæum equo vectum, & regis
vestibus amictum per plateas circumducere, & exclamare, Sic
honorabitur, quemcumque Rex voluit honorare, ac demum
in ipsam trabem, quam Mardochæo paraverat, jussu Regis
(Assueri) adactus est. Esth. 3. 4. 5. 6. 7.

ANTIOCHUS contemnens Judæos, eorumque Deum, mina-
tus est se Hierosolymam in congeriem sepulchri conversurum,
& Judæos tanquam sepultura indignos se avibus, ac feris diri-
piendos traditurum, insanabili, & invisibili plaga à Deo per-
cussus est: ut enim finivir, ait historia, hunc ipsum sermonem,
&c. 2. Macab. 9.

De Pharisæo prae se publicanum humilem, ceterosque homines aspernante, ait Christus, Descendit hic (publicanus) justificatus in domum suam ab illo, (Pharisæo.) Luc. 18.

CONTEMPTUS Aliarum Rerum,

Utputa,

EARUNDEM.

VILIPENDENTIA, CURA NULLA, DESPECTUS.

Ab objectis qualibuscumque non moveri, non perturbari, in neutram partem, etsi ferè ab habitu certo provenit: nos hic tamen solum perturbationis vacuitatem consideramus, non ab odio profectam, sed vel à iudicio, vel ab affectu quovis speciali. Oxyria in genere appellatur, quatenus eius, quod vilipendit, nullam curam suscipit. Contemptus quin etiam, comparatione aliorum, quæ pluris facit, sive in seipso considerentur, sive in aliis, extra se.

PATRIÆ.

Plut. de Exilio hos veteris Poetæ de Hercule versus recenset:

Αἴψιος ἢ Δυσβαίος, ἢ γὰρ ἐὼς ἔργων
μαίης, ἄραυς ἢ ἀσπίος, Ἐκλύδων πατριπύ.
Αἰγίους βραυδὸν ἄνθρωπος, ἢ Τιβηταίος: non lego
ὄνομ, omnis est mihi turris patria Græciæ.

VOLUPTATIS IN GENERE.

XENOPHON, cum semper instructum paratumque Diphridam Lacanum ducem diceret, ceterosque omnes illius ordinis in eo superare: causam ejus esse voluit, quod non pareret corporis voluptatibus, semperque illi ipsi rei, quæ urgebat, toto pectore incumbere.

Græcorum rerum auctores, quomodo Alexander Macedo parvo temporis spacio, quo vixit, tot tantisque res efficere potuerit, ac penè universum orbem armis peragere ostendentes, hoc asserunt: ipsum nullis hujuscemodi oblectationibus, quæ ceteros mortales irretire solent, impeditum fuisse: neque cum tempore rei gerendæ venerat, aut vino, aut somno, aut ludo aliquo, aut libidine, aut spectaculis avocari inde potuisse. Vid. lib. 7. Var. l. 6. c. 8.

IN SPECIE.

Auditus.

AGESILAUS cum invitaretur ad audiendum quendam, quæ vocem lucinæ reddebat, detrectavit, ratus, ipsam sepe audivi. Plut. in Apopb.

Somni.

Somni voluptatem vigiliarum dolore pressere, dum animi jucundissimas exercitationes amplectuntur, Alexander Magnus, Aristoteles philosophus, Praxagoras sophista, Chrestus Byzantius, Demosthenes orator, Julianus Apostata, & plures alii.

VITÆ.

Cum D. Augustinus in Africam rediturus apud ostia Tyberina cum Monica matre de vitz hujus fragilitate, & alterius beatitudine loqueretur, mundus illi inter verba cum omnibus delectationibus vilescere cepit. Tum illa: Fili, quantum ad me attingit, nulla jam te delectat in hac vita. Quid hic faciam adhuc, & cur hic sum, nescio, jam consumpta spc hujus seculi. Unum erat, propter quod in hac vita aliquantum immorari cupiebam, ut te Christianum Catholicum viderem prius, quam morerer. Cum talis hoc mihi Deus meus præstitit, ut te etiam, contempta felicitate terrena, servum ejus viderem. Quid hic facio? Neque verò decem abiere dies, cum animam sanctam creatoris tui reddidit. D. Aug. l. 9. Confess. c. 10.

MORTIS.

Ex Loco Tolerantia mortis.

Contempit Alexander Severum Imperatorem mortem, cum ferocitas mentis, qua militem semper attrivit, tum etiam illa declarant. Thrahybulus mathematicus illi amicissimus fuit: qui cum ei dixisset, necessitatem esse, ut gladio barbarico periret: primo latatus est, quod sibi mortem bellicam, & imperatorem crederet imminere: deinde disputavit, ostenditque optimos quoque violenta morte consumptos: cum diceret, ipsum Alexandrum, cujus nomen teneret, Pompejum, Cæsa-

rem, Demosthenem, Tullium, & ceteros insignes viros, non quia morte oppetiisse: tantumque animi habuit, ut putaret. Eum dum comparandum, si in bello periret. Sed res cum sefellit. Nam & gladio barbarico, & currae barbari manu, verum non in bello, sed bellitempore, perit. Lamprid. in Alex. Severo.

SEPULCRI.

SOLON Atheniensis legislator, jurejurando adactis civibus, ut leges in suum usque reditum inviolatas servarent, peregrinatione fuscipia, exul obit, & cineres per insulam Salaminem spargi, vel certe in mare abici jussit, necis Athenas relatis, cives jurejurando liberati viderentur. Hoc, licet Aristotelis auctoritate confirmatum, Plut. in Solone fabulosum esse arbitrat.

ANAXAGORAS philosophus cum Lamprida moreretur, querentibus amicis, vellent Clazomenas in patriam referri, ibidemque sepeliri? Non necesse, inquit. Undique enim inferos tantundem via est. Cicero in Tusc. q. lib. 1. Laert. lib. 2. cap. 3.

Theodoros philosopho cum mortem tyrannus comminaretur, & sepulcri jacturam: Habes, inquit, cur tibi placeas: hemina sanguinis in potestate tua est, qui cantharidis vim es assequutus: nam quo ad sepulcrum, o te ineptum, si putas mea interesse, supra terram, an infra putreficam. Cael. 17. cap. 20. Antiq. Led.

DIOGENES Cynicus proici se inhumatum jussit. Et quidem si canes cadaver suum laceraret, Hiracum: si vulvulas, liberam fore sepulcrum dicebat. Si nullum animal accederet, ipsum tempus pulcherrimum sepulcrum largitorem asserbat, corpore preciosissimis rebus, sole scilicet, & imbribus absumpto. Stob. serm. 120. Cum eam sepulcrum amici reprehenderent: Bacillum propè me ponite, quo volucres abigam, dixit. At qui poteris? inquit illi: non enim senties. Quid igitur mihi ferarum, ait, lanatus oberit, nihil sentient? Cic. lib. 1. Tusc. q. Interrogatus, num ferarum ancillamve haberet? negavit. Cumque percontator adjecisset: Quis igitur te esseret, si moriaris? Cui domo, inquit, erit opus. Laert.

DEMONAX rogatus ab amicis, quomodo sepeliri vellet? Ne vos res ista sollicitos habeat, respondit. Fœtor enim me sepeliet. Indignum autem facinus id esse dicentibus, si talis viri G corpus laceraretur a canibus: Quid, inquit, incommodi, & si mortuus alicui sum usui? Eras. lib. 8. Apopb.

Socrates jam moriturus, cum percontaretur à Critone, quemadmodum sepeliri vellet? Multum verò operam, inquit, amici, frustra consumpsit. Critoni enim nondum perfusui, me hinc avolaturum, neque quicquam mei relicturum. Verumamen, Crito, si me asequi poteris, aut scibi nactus eris, ut tibi videbitur, sepelito. Cicero 1. Tusc. quæst. Cicem bibiturus, à quibusdam interrogatus, quomodo sepeliri vellet? Eo modo, dixit, quo vobis facillimum fuerit. Stob. serm. 120.

Monica D. Augustini mater, etsi vehementer cupierat viro suo Patrio, cum quo concorditer vixerat, in morte quoque sociari, & in eo, quod sibi juxta illius tumbam construerat, sepulcro recondi: tamen posteaquam in peregrinatione Italica Ostitæ agrotare cepit, filio ubicumque vellet corpus suum locare jussit. Sed & paulò antequam agrotaret, querentibus ab ea amicis, Utrum non timeret in peregrino solo corpus relinquere? nihil, inquit, longè est Deo: neque timendum est, ille non agnoscat in sine seculi, unde me resuscitet. Testis ipse lib. 9. Confess. cap. 11.

QUID. CONTEMNERE ACCUSATIONEM.

Epaminondas, ab objectis criminibus se purgare noluit, sed exantam vomuerunt in curia Ephorum, quorum apud eam gentem erat summa auctoritas: quin & in horum cathedras, in quibus sedere consueverant, incarunt. Ubi tandem deprehensum est, id à Chiis factum, per præconem edixerunt, Chiis permittimus esse imperanter agere. Erasim. in prov. Chiis cacant.

OBRECTIONEM, CALUMNIAM.

Qui calumnias, & obreccionis forti ferunt animo, quatenus non dissident, ad Fortitudinem: quatenus verò gloria studio non nimium in declinandam ignominiam effortantur, presentis sunt loci.

Venerat ex Dania Haraldus, scurra, multis ornatus vestibus preciosis: auri, & argenti signa plurima, quæ à principibus dono accepterat, in pectore ferens: Hunc expectante magnam aliquid à Nicolao Comite Holfatiæ, jussit affidere multibus suis, nec magno xenio honoravit abentem. Dixere non nulli

nulli in aeternum Comiti, ut honestatis causa multorum principum communem famulum solempni donativo ornaret: hujusmodi homines lingua sua vel extollere, vel deicere posse famam principum. Cui Comes, Vestibus ille preciosis etiam me vincit. Ego me notiore principibus esse confido, quam ut illius præconio egam. Crantz. l. 10. Sax. c. 18.

Joannes Samofcius magnus regni Poloniæ Cancellarius, cum in urbis Plescoviæ obfisione pertinacior esset, nec exercitum ad domesticas hybernas dimittere vellet, in multorum odium incurrit, & invidiam, ut tandem etiam libellis famosis profunderetur. His ita non movebatur, ut cum semel licentia fenestra aperta in alios libelli jacerentur, jactaque ea res in senatu esset, ostenderet, nisi prius in seipsum injuria ea incurrisset, quæfione habita auxilium suum minimè denegaturam iis fuisse: jam cum ab ipse ipse prius laesus esset, verendum sibi esse, ne pusilli animi putaretur, si sub aliena persona proprias injurias vicili videretur, rectius facturos eos, si suo exemplo contentum potius ea diluerent, quam vindicando ultero auctoritatem iis tribuerent. Rein. Heidensthenes l. 5. belli Moscov.

OFFICII ERROREM.

ALEXANDER Magnus victo ad Istum Ciciliæ Dario, cum ejus matrem Sisyngambriam, uxorem, & liberos cepisset, assumpto Hephestione ad eas salutatam intravit. Cum autem uterque consimilem vestitum haberet, magnitudineque, & specie Regi Hephestio præfaret, Sisyngambriam cum regem esse rata, supplex adoravit. His verò, qui astabant, nuru, & digitos quibus Alexander esset, indicantibus, ob errorem commissum pudore affecta Alexander, Alexandram repetita salutatione venerata est. Ibi Alexander: Nihil est, inquit, o mater, quod sollicita sis: hic enim etiam est Alexander. Diod. lib. 17.

Cum Rhodiourum magistratus, quod litteras publicas sine subscriptione ad se dederat, evocasset Tiberius, ne verbo quidem insectatus, ac tantummodo justos subscribere remissit. Suet. At Dion ait, litteras ad Imp. datas fuisse, sed in extrema epistola omnifam salutationem: & legatos, postquam vota, quæ decernat, subscripsissent: impune dimissos.

LOCI DEDECUS.

AGESILAUS, Lacedæmoniorum Rex, cum in ludo quodam solempni in locum parum honorificum collocatus esset: Bene habet sanè, dixit: ostendam enim non locum viris, sed viros loco conciliare dignitatem. Plut. in Lacon.

OCURSUM TURPEM.

Juvenes aliqui, qui nudi Livie Augusti uxori fortuito occurrerant, capitale supplicium meruisse videbantur. Eos verò illa servavit, dicens, Tales nihil differre à statu ei, quæ pudica sit. Zonaras.

QUOMODO. NEMPE.

APPROBANDO, CONFIRMANDO.

CONSTANTIUS, Anconitanæ Ecclesiæ monachus, cum à longinquis partibus quidam (ut ipsum videret) advenisset, ostensumque desepexisset, eo quod statuta admodum brevi esset: irrisorem suum osculo excipisset dicitur, letari se affirmans, quod tandem nactus esset hominem, à quo jure parvipendendum exillimaretur. Maral. lib. 1. cap. 4.

IGNOSCENDO.

Quandocumque obreccatio quis dederit habet junctum illi, qui obreccatores non sunt alti, respectu ira ad Clementiam pertinet: at ob contemptum dedecoris, & per consequens, ob non asseratum honorem, huic quoque inservire possunt. Videndum est igitur Tit. Clementia erga obreccatores.

Chii cum apud Lacedæmonios peregrinarentur, post canam vomuerunt in curia Ephorum, quorum apud eam gentem erat summa auctoritas: quin & in horum cathedras, in quibus sedere consueverant, incarunt. Ubi tandem deprehensum est, id à Chiis factum, per præconem edixerunt, Chiis permittimus esse imperanter agere. Erasim. in prov. Chiis cacant.

LEVITER ULCISCENDO.

DIOGENES grammaticus, disputare sabbatis Rhodi solitus, venientem Tiberium Cæsarem, ut se extra ordinem audiret, non admiserat: ac per servulum suum in septimum diem distulerat. Hunc Romæ salutandi sui causa pro foribus astantem, nihil amplius, quam ut post septimum annum rediret Tiberius jam factus Imp. admonuit. Suet.

Cum quidam Tribunus plebis servum Claudii Augusti in publico percussisset, Claudius Imperator etsi servo suo illata esset injuria, servo tamen allatam esse cum sapientissime judicasset, nihil in alium statuit, quam quod Tribuno plebis mi-

nistros abstulit, & aliquo postea intervallo restituit, Dion libro 16.

VESPASIANUS Imperator Demetrium Cynicum oblatrantem, Canem appellasse, quod neque assurgere, neque Cæsarem salutare dignaretur, satis habuit. Suet.

NON OCCULTANDO, NON DISSIMULANDO.

SOCRATES philosophus, cum in theatro ab Aristophane exagitaretur, & peregrini plurimi, quibus ridiculus ille Socrates esset, inquirerent, surrexit, & donec peracta esset fabula erectus stetit, ut omnes, quis esset, cognoscere possent. Itaque una, eademque opera innocentiam suam texit, constantiam declaravit, & famam populi famolam contempit.

CUR. CAUSA.

PATRIÆ.

Q. Fabius Maximus, ne Cunctatoris quidem nomen repudiavit, modò cunctatio illa patriæ profutura esset: nec pratulit ille rumores hominum publicæ utilitati, maluit du utilis esse, quam vana, & stulta prædicatione nobilitari. Sabel. lib. 10. cap. 1. ex Plut. Fabio.

RELIGIOSIS.

Ex Loco Monachorum, buc quadam.

KATAΦΡΟΝΗΣΙΣ. DESPICENTIA, CONTEMPTUS aliorum bonorum.

Kαταφρονῆσις Ἀριστοτέλεος ἠγέσθη ὀρθῶς, quemadmodum ἡ εὐπαιδεία ἢ ὀρθῶς. Ὅτι οὐκ ἔστι ἀμιτάτω, ἢ ἰμιτάτω, ita καταφρονῆσις non imitatur, sed contemnit, nisi quando veluti rationem contemptus allatur, mores, gestus, & c. Itaque alterius per risum imitatur. Sic Aristophanes Socratem ἢ ῥηδίας, & Salmooneus Jovis fulminæ irridendo contemnit.

RESPECTU PERSONARUM,

Quas despiciunt. Puta.

Deos.

Vide Locum Impietatis.

Hercules conspècta Adonis imagine contemptis eam, his verbis ἰδίῃ ἑσπέῃ, id est, Nil es faci. Seu quod existimaret, iis duntaxat habendum esse divinitatis honorem, qui de genere mortaliū essent benemeriti: sive quod fures, qui in ejus templum aufugissent, non essent in tuto propter loci religionem, quemadmodum in aliorum Deorum sacellis. Erasimus in Adagii.

Reges.

Ægyptii flavi coloris homines ludibrio habent: & Afinos plerumque in præcepis dant, ob hebetudinem, ac ruditatem, necnon injuriarum illationem frequentem. Hinc Ochum Persarum Regem, quem miro proferebantur odio, afinum subinde appellabant. At is commotior, ὃ μὴ πρὸς ἄλλοις ἀλλὰ κατὰ τὴν φύσιν ἦν Βούη: Afinus, inquit, hic vestro convectetur bove, protinusque Apim immolavit, sicut Dion scriptum reliquit. Plut.

Ab Halyatte Rege Lydorū ferunt quandoque Biantem ex septem Sapientibus unum esse accessitum. At is philosophico supercilio tumens, & regiam fortunam tantum non despiciatū habens: ἡδὴ φροῖ, ἀδύστη καὶ ἀνομιὰ ἰδίαν. Ego, inquit, Halyatti, mando cepas comesse. Quibus illi stertem esse imperatum, interpretantur eruditi. Cael. lib. 2. cap. 4. A. L.

Cordilio philosophus Stoicus Pergamenus, omnium principum, ac regum amicitias sprevit. Itaque Cato Uticensis Tribunus militum in Macedoniam missus magnam se putavit adeptum palmam, qui hominem severissimum precibus in castra pertraxisset. Vol. lib. 14. cap. 2. Anthrop.

Rodolfum Habspurgensem Regem Rom. creatum Otho carus Bohemorum Rex, & Austria Dux, qui illius minister prius usus fuerat in aula magisterio, contemebat, & contra foedera rebellionem uxoris Kunegundis Moischæ instinctu molitus, in Austria acie casus est, Austria feudi loco Alberto Rodolfi filio concessa. Cusp.

Holtes.

Vide Tit. Scurus hostes opprimere.

Thrahybulus, cum indixisset bellum triginta Tyrannis, qui Athenas oppræsserant, & castellum Atticæ Philen occupasset, non

non plures secum habuit quam triginta commilitones, Et hoc inquit Probus, initium fuit salutis Atticorum, hoc robur libertatis clarissimae civitatis, contemptus scilicet, qui & illis contententibus pernicii, & huic despecto saluti fuit. Hoc enim illos ad persequendum legnes, hos autem tempore ad comparandum dato fecit robustiores. Quo magis praecipuum illud omnium in animis esse debet, nihil in bello oportere contemni: nec sine causa dici. Timidi matrem flere non solere. Capto Helleponto, & Lacedaemonis profligatis, in tantum animos sustulere Alcibiadis, tantisque sumperunt spiritus: ut dedignarentur aliis militibus subinde victis se invictos ubique commiscere. Plat. in Alcibiade.

Philosophos.

Huc Tit. Philosophia adium, & contemptus, quatenus Contemptus philosophia subicitur: illic quatenus Philosophia contemptus adiungitur.

Mercatores.

Japonii Indi nobilitatem in otio, & armis ponentes, propter laeti cupiditatem omnes mercatores contemnunt. Joan. Metellus.

RESPECTU RERUM, QUAS contemnunt. Despicere.

Doctrinam.

Celsius erat ex eorum numero, qui contemebant Ciceronis ingenium. Hic cum forte accumberet in eodem convivio cum Cicero. M. Tullii filio, qui tum Asiam obtrinebat: & submonente quopiam e famulis, cognitum esse, eum esse Ciceronem, cujus iudicio nihil sciret M. Tullius: illico sublatus e convivio, iustus est flagris cadi. Erasmi in Adagis.

Dionysius senior, cum a Syraculanis pecuniam exigeret, & mox ejulantes cererret, deprecantesque, ac non esse sibi allegantes: iussit item extorqueri, ac bis, vel teridem egit. Ut vero pluribus in dictis ridentes audivit, ac diderit inter deambulandum in foro jacientes, iussit desistere. Nunc enim nihil, inquit, habent, quando nos contemnunt. Plut. in Apophth. Dignitatem.

LIBANIUS Sophista Constantiopolis praefectura sub Juliano Imperatore cohonestatus, noluit accipere, diditans Sophistam praefecto majorem esse: praestudii honorem summum ut vulgarem, fordidiumque spernens. Eupapius in ejus vita.

Vide Titul. Amicitia novitiam, repudiata. Illic Amicitia famulatur contemptus, hic Contemptus amicitiam habet subiectam.

CRATERUS Alexandri M. praefectus, homo praedives, invitabat Diogenem, ut ad se commigraret. Cui respondit: Malo Athenis salem lingere, quam apud Craterum oppipara frui mensa: sentiens, libertatem, quamvis inopem, omnibus divitum delicias praferendam, ubi minuitur libertas. Laert. lib. 6. cap. 2.

Obtrectationem.

Consule Locum Fortitudinis tolerantis obtrectationes. Democritus, nepos Demosthenis, significare volens, se nihil pendere obtrectationes vulgi, cum videret multos obtrectatores una sedentes in constra, & male loquendi omnino cupidos: Quid loquimini, inquit, vos dylmenida: simul hoc nomine ingenium naturamque ipsorum detegens. Aelian. lib. 3. Var. Led.

Require Tit. de Derisione. Ubi multa, quae hic referri poterunt.

NON CONTEMNERE ALIOS.

Meccebatem Horat. l. 1. Satyr. 6. laudat, quod quamvis regio natus esset sanguine, neminem tamen juxta se contemneret, inter cetera sic inquit:

— persuades hoc tibi verum Ante potestatem Tulli, atque ignobile regnum, Multos saepe viros, nullis majoribus ortos, Et vixisse probos, amplis & honoribus auctis. Contra Lavinum, Valeri genus: unde superbus

Tarquinius regno pius fuit: unus assis Non unquam pretio plaris licuisse.

Contemplatio.

Quare Locum de meditatione. Ubi ex Professo praesens argumentum tractatur.

Item de Cogitatione. s. Meditatio, Cogitatio religiofa.

Item Loc. de Assiduitate, s. Assidui in meditatione.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Contemplatio in generali est animi consideratio, & intuitus rerum aditarum, quam Cicero animorum pabulum appellat. 1. A. ademic. Et pro Diotaro: Id inquit, animo contemplare, quod oculis non potes. A contempto, & contemplatio Graece, dicitur, quod verbum a templo, id est, loco, qui omni ex parte aspicit potest, juxta Augurum nuncupationem, accipit Latini.

Caterum apud Theologos alius est hujus vocis usus. Si quidem Tb. 2. 2. q. 180. art. 1. & 3. definit contemplationem, quod sit simplex divinae veritatis intuitus. Cui sententiae subscribere videtur S. Bern. l. 2. de confid. cap. 2. Contemplatio, inquit, est verus, certusque intuitus animi, de quacumque re, si ve apprehensio veri non dubia.

S. August. lib. de spiritu, & anima cap. 32. Contemplatio, ait, est perspicua veritatis juvenuda admiratio. Ut autem horum, aliorumque Patrum varius de contemplatione dicendi modus clarius innotescat, propositam S. Thomae definitionem explicemus. Dicitur itaque contemplatio simplex veritatis, ut eam a cogitatione, & meditatione discernamus. Harum trium intellectus nostri operationum discrimen eruditae annotavit Richard. de S. Vidor. l. 1. de Contempl. cap. 3. Ubi a cogitatione, & meditatione differre ait, quod unam, eandemque materiam aliter per cogitationem intuemur, aliter per meditationem rimamur, atque aliter per contemplationem miramur. Multum a se invicem haec tria in modo differunt, quavis quandoque in materia conveniunt. De una siquidem, eandemque materia aliter cogitatio, aliter meditatio, longaeque aliter agit contemplatio. Cogitatio per devia quaque lento pede sine respectu perventionis passim huc, illucque vagatur. Meditatio per ardua saepe aspera ad directionis finem cum magna animi industria nititur. Contemplatio libero volatu, quocumque eam fert impetus, mira agilitate circumferretur. Cogitatio serpit, meditatio incidit, & ut multum currit, contemplatio autem omnia circumvolat, & cum voluerit, se in fumis librat. Cogitatio est sine labore, & fructu: in meditatione est labor cum fructu: contemplatio permanet sine labore cum fructu. In cogitatione evagatio, in meditatione investigatio, in contemplatione admiratio. Ex imaginatione cogitatio, ex ratione meditatio, ex intelligentia contemplatio. Ita Richardus.

Idem ibid. cap. 4. sic scribit: Meditatio est providus animi obitus in veritatis inquisitione vehementer occupatus. Cogitatio vero est improvidus animi respectus ad evagationem pioius. Hac ille. Postea vero docet commune esse histribus, quod sint animi aspectus, si ve intuitus alicujus rei.

Inter contemplationem autem Catholicorum fidelium, & Philosophorum Gentilium hoc interest, quod contemplatio Philosophorum sit propter perfectionem contemplans, & H ideo sistit in intellectu, & ita finis eorum in hoc est cognitio intellectus: sed contemplatio Sanctorum, quae est Catholico-rum, est propter amorem ipsius, scilicet contemplati Dei, idcirco non sistit in fine ultimo in intellectu per cognitionem, sed transit ad affectum per amorem. Albertus Magnus lib. de adherendo Deo.

PARTITIO.

Contemplatio Christianorum duplex est, altera acquisita, altera infusa. Acquisita est summe deitatis, atque affectuum ejus affectuosa, & sincera cognitio, nostra industria comparata, ejus autem actus est ut plurimum clericus, vel a virtute fidei, vel deductus ex principis fidei. Transeat, inquit S. August. lib. Meditation. cap. 27. & transcendat omnem, quod creatus est, curat, & ascendat velociter, & pertranseat, & in eum, qui creavit omnia, quantum potest, oculos fidei dirigit.

Infusa

Infusa vero, quam & supernaturalem dicunt, definitur a S. Bonaventura limer. 3. eterni. disp. 2. Actus intellectus non impediti, gratia sanati, in aeterna spectacula directi cum admiratione suspensi. Quae definitio, ut ipse idem fateatur, contemplationem secundum positum ejus statum, hoc est, supernaturalem, & perfectam comprehendit. Bernardus lib. de scala Claustr. contemplationem infusam videtur describere, dum ait. Contemplatio est mentis in Deum suspensa elevatio aeternae dulcedinis gaudia degustans. Richard. de S. Vi. l. 1. de Contempl. cap. 8. contemplationem in haec verba definit: Contemplatio est libera mentis perspicacia in sapientia spectacula cum admiratione suspensa. Harum generum discrimen late, & eruditae tradit Hugo Victorinus bom. in Ecclesiast.

SUBJECTUM. CAUSA. OBJECTUM. FINIS.

Contemplationis subiectum ponunt DD. Intellectum: est enim actus, & doni intellectus, vel sapientiae, ideoque in illo tanquam centro connaturali sustentatur. Quod tamen ita accipiendum est, ut simul in voluntatem influat, dum modo vera sit, & supernaturalis. Unde eam filiam charitatis nominat B. S. Thom. 2. 2. q. 180. art. 1.

Causam, & contemplationis verba indicavimus donum intellectus, & sapientiae, quod a Spiritu sancto nobis inspiratur, per quod velut caeleste aliquid lumen mens nostra illustratur, ut divina mysteria penetret, quae Deus abscondit a sapientibus, & prudentibus, & revelavit parvulis. Causa internum proxima contemplationis tres a Dionysio Carthusiano numerantur: Amor servitium Dei, abstractio mentis ab omni creatura, & conatus mentis ad suammet extensionem, & dejectionem in Deo.

Objectum ejusdem statui. Thomas a Jesu. l. de contempl. cap. 6. ex quo pleraque horum desumptimus: supernaturalem intuitum Deitatis, omniumque illius effectuum, & perfectionum, prout fecundum has, & illos Deus varie concipitur. Ut eruditae tradit Joan. Cassian. Collat. 1. cap. 15.

Finis vero, si ve copus supernaturalis contemplationis est unio arcaea cum Deo per amorem fructuum, quae certe unio beatitudo est vitae hujus mortalis. Gregor. super Ezechiel. bom. 14. dicit, vitam contemplativam esse amabilem valde dulcedinem, quae super semetipsum animam rapit, caelestia aperit, spiritalia mentis oculis patefaciens.

GRADUS CONTEMPLATIONIS.

Gradus contemplationis vocat Bonaventura loco supra allegato, quoddam profectus, & progressus intellectualis cognitionis, & sapientiae dilectionis ad contemplandum Deum sub gradatione boni, & veri, secundum B. Gregorium l. 22. Moral. Gradus contemplationis sunt incrementa illa, & dispositiones, quae intellectum adfectum adjuvant ad contemplandum. Quorum quidem varietatem, & necessitatem idem doctor late persequitur loco eodem, citato per Thom. a Jesu, l. 2. in prologo.

DISCRIMEN INTER CONTEMPLATIONEM, ET ACTIONEM.

Habet activa profectum, contemplativa fastidium, haec facit sanctum, illa perfectum: cujus vita est, nulli prorsus injurias irrogare: illius irrogatas aequanimiter sustinere. Prop. l. 1. de via contemplativa.

Iste Activus, qui suscipiendo peregrinum, vestiendo nudum, gubernando subiectum, redimendo captivum, tuendo violenter oppressum, jugiter se ab omnibus iniquitatibus D suis emanculat, & vitam suam bonorum operum fructibus dicit. Ibid.

Ille contemplativus, qui facultatibus suis in usus pauperum distribuit: simul se expoliavit mundo, & totis viribus adhaeret caelo, res mundi mundi projecit, & se ipsum Christo devota mente restituit. Ibid.

Activa vita habet sollicitum cursum, contemplativa gaudium sempiternum. In hac acquiritur regnum, in illa percipitur. Haec facit pullare bonorum operum velut quibusdam manibus janam: ista vocat consummandum in patriam. In hac contentitur mundus: in illa videbitur Deus. Ibid.

Quis enim nescit, quod sicut otium studiosum a carnalibus ineffabilem suavitatem sapientiae caelestis intendit otioso: Ita spiritalis occupatio laborum sanctorum multiplices affert fructus humane societatis occupatio. Itineribus quidem diversis incedunt, sed ad unam patriam tendunt, & ad unum regnum disparibus militantes officii: Christo rege omnium vocante perveniunt. Id. lib. 3.

Tria sunt genera meditationum. Unum in creaturis, unum

in scripturis, unum in moribus: primum surgit ex admiratione, secundum ex lectione, tertium ex circumspicione: Admiratio generat questionem, quaestio investigationem, investigatio inventionem. Lectio ad cognoscendam veritatem materiam ministrat, moderatio coapat, oratio sublevar, operatio componit, & contemplatio in ipsa exultat. Hug. in meditat. suis.

DE CONTEMPLATIONIS USU, Fructu, & Praerogativa.

EXEMPLA HISTORICA.

Plura require in Loco de Meditatione.

S. Bernardus arbores, & caudices pro codicibus, ac praerogatoribus habebat, atque ita interillas, & in aperto caelo caelestia, ac terrena considerans, & verba S. Scripturae ruminas; per meditationem, & speculationem, quasi per ubi de caelo plenum sensum genuinum, veramque pietatem, ut latentem succum, exugebat. In vita ejus.

Propheta Job a Deo singulariter illostratus tam claram Dei notitiam, rerumque caelestium cognitionem habuit ex consideratione operum Dei quasi quorundam vestigiolorum, quibus, Deo duce, insitabat. Sic enim ipse profiteatur. Vestigia ejus secutus est pes meus, vitam ejus custodi vi, & non declinavi ex ea. Insudit ei Deus interior lumen suum, & exterius proposuit signa visibilia velut quadam vestigia sua, sensibiles creaturas: in quibus, ut in libro quodam Dei cognitio legeretur. Isaie 5. v. 12. Deus gravior populo suo est interminatus ob neglectam operum suorum animadvertionem: Cithara &c. Notent hoc, qui nihil, aut minimum ad Dei mirabilia, & magnalia attendentes, sibi tantum, suisque vel commodis, vel voluptatibus intendunt. Teneant tympanum, ut inquit Job. c. 21. &c. & cogitent, quod tres illi viri in fornace Babylonica postquam ab angelis, caelis, sole, luna, & stellis insipientes, omnia ita deinceps inferiora ad benedicendum Domino provocarunt, non nisi postremo loco ad homines excitandos in Dei laudem devenirent ob magnam nostram accediam, ingratitude, & neglectum Dei, operumque ejus, atque adeo etiam salutis propriae.

Multi semper de Deo cogitantes digni habiti sunt, qui cum Deo etiam sermones miscerent, eique facie in faciem loquerentur, atque ita revelationes mysteriorum Dei acciperent, ut Abraham, Isaac, Jacob, Moyses, David, &c. (Psal. 50. incerta &c.) Ilaia, Jeremias, Ezechiel, ceterique Prophetae. Apostolus Petrus (Act. 10.) Apostolus Paulus raptus usque ad tertium caelum (2. Cor. 12. Rom. 11.) Apostolus Joannes (Apo. 1.) &c. Bonificus Arvernensis Episcopus dum noctu in Ecclesia meditationibus invigilat divinis, B. Virginem Mariam Virginis choris comitaram ad se venire videt, iustus Missam celebrat, indumentum miri candoris ab ipsa Dei Genitrice sibi oblatum accipit. Visio abiit, ille ad se reversus, id somnium fuisse putabat, donec id ipsum indumentum juxta se jacere conspexit, quod adhuc extate dicitur, nemine deprehendente, neque lini, neque texturae genus, magnum fuit tale munus, sed majus tali spectaculo interfuisse. Sur. Tom. 1.

S. Augustinus Hipponensis Episcopus dum S. Trinitatis mysterium solus in cubiculo sedens contemplatur, ita a seipso abscesserat, ut a muliere, quae illum quadam de re consilere vehementer cupiebat, saepius interpellatus nihil responderet, immo ne respiceret quidem, mulier denique, quia se contempta putavit, abiit tristis. Postero autem die cum in Ecclesia H Missam celebrantem audiret, in spiritu rapta vidit de Trinitate disputantem, atque audivit, idcirco se illum die hesternum frustra quidem adille, quod ejusdem meditatione occupatus ipsam, neque videre omnino, neque sentire potuisset, ac proinde ne redire dubitaret, rediit, & quod petierat consilium, sine eundatione accepit: majorique deinde in honore habere hominem cepit, quam ante habuerat. Quid igitur mirum si tam copiose, tamque argute de Trinitate scripserit, qui mente sic abstracta Trinitatis Sacramentum fuerat contemplatus? sed nec contemplando tantum apprehendisset, nisi ut apprehenderet, pie prius, ne justè vivendo dignus evalisset. Sur. tom. 4.

S. Hieronymus ex contemplatione ingentem, & ineffabilem hausit dulcedinem. Nam in vita de Virginitate servanda scribit. Post multas lacrymas, post caelo inhaerentes oculos nonnunquam videbat mihi interesse agminibus Angelorum, & latus, gaudensque cantabam: post te in odorem unguentorum tuorum curremus. Et ad virgines Deo dicitas: Ergo homunculus sic abjectus, sic vilis in domo Domini adhuc vivens

vens in corpore Angelorum sapē choris interfui, de corporeis A per hebdomadas sustentationibus, & nutrimentis nihil sentiens, divina visionis intuitu. Post multorum fortē dierum spatia præficius futurorum, redditus corpori flebam. Quid ibi manens felicitas habebam, quid inenarrabilis delectationis sentiebam, testis est ipsa Trinitas, quam cernebam, nescio quo intuitu. Testes sunt & ipsi beati spiritus, qui aderant, testis est etiam conscientia mea, qui tantis bonis ipse fruebar, quot, & qualia nescit profere mollities corporis mei.

Thomam Aquinatem, dum de Deo dicit, multumque cogitaret è solo attollit, & altitudine ferè cubitali in aere pendere visum ferunt, neque tante contemplationis fructum dissimulare potuisse, vultu prodeunte iucunditatem, quam intima conceperat præcordia. Extasi autem tam profunda raptositum, ut intereundem candelam accensam tenens, eaque ad manum usque consumpta flammæ calorem non senserit, quod testabatur non pauca in manu ipsius, ac digitis adustionis vestigia. Sur. Tom. 2.

Cum S. Bernardus Clarevallensis Abbas aliquando equum ascendens fratres Carthusienses invisere perrexisset, & Præpositus eorum ephippio nimis decoro illum usum arguisset, quæ- rere à comitibus cæpit, quale equi sui ephippium esset, neque enim aut insiliendo, aut desiliendo, aut etiam inscendendo animadverterat, quale esset. Idem cum propè ripam Laurentianis lacus dicit iter faceret, & jam occato sole ad hospitium divertisset, & fratres, qui cum comitabantur, inter se de lacu ipso verba facerent, rogavit, ubi lacus ille fuisset, postquam audivit; miratus est, seque eum penitus non vidisse asseruit. Tantam ex contemplatione rerum celestium dulcedinem hauserat. Sur. Tom. 4.

Mariam Ægyptiacam Zozimus Abbas orantem corpore supra terram suspensio altitudine ferè cubitali vidit. Itaque quantum olim per corporis turpitudinem in profundum perditionis corruerat, tantum postea per mentis contemplationem, necdum corporis sarcina deposita, extolli meruit, dum oraret. Ex vita pp.

Elizabeth Pannonum regis filia (vidua) cum aliquando nimio labore fatigata, lassaque sese distulit, oculis in cœlum intentis, fronte modo iucunda, modo tristis apparuit, & confessa est se in nubibus vidisse Jesum, qui nunc se ostendens, latam reddebat, nunc tegens, mœstam. Denique ipsum dixisse: Bono animo esto, filia, ego tecum sum, Et respondisse ita, Domine, tu mecum, & ego tecum. Conyad. in Conc. S. Elisab.

S. Antonius roganti cuidam, quomodo in Eremito sine libris vivere posset? Respondit: Meus liber est natura rerum à Deo conditarum, quæ quotiescumque liberis, libros Dei ad legendum suppediat. Sacrat. lib. 4. biff. cap. 18.

Abbas Evagrius dicebat: Memor esto semper exitus tui, & non obliviscaris aeterni iudicii, & non erit delictum in anima tua. Ia vit. lib. 5. Tit. de Compuni.

Abbas Ammonius rogatus dicere verbum edificationis, aiebat, Cogita quasi reus in carcere, tibi que dic: Væ mihi, quomodo habeo ad stare coram tribunali Christi, & actionum mearum reddere rationem. Ibid.

De Abbate Elia fertur, quod semper in ore habuerit. Tria timeo. 1. quando egressura est anima mea. 2. quando occursum sum Deo. 3. quando adversum me est profertenda sententia. Ibidem.

* Contentio.

Quere Lis.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Contentio, Græcè ἐπιμαχία est proprie impugnatio veritatis cum confidentia clamoris, secundum Ambrosium. Large autem est etiam, sine impugnacione veritatis, de qua dicitur 46. dist. in principio. Nihil est impudens arrogantia rusticorum, qui garrulitate putant.

Contentio in verbis, Rixa est in factis. Usurpatur etiam contentio apud Grammaticos pro vehementer conata ad ali-quid agendum.

APOPHTHEGMATA.

Democritus omnem contentionem imprudentem esse dicebat: dum enim hostem, quo pacto lædat, respicit, propriam negligit utilitatem. Stob. ferm. 20.

Epictetus, contendere, in quiete, cum ubique indecorum

est, cum inter pocula maxime. Nam neque ebrius aliquis docere sobrium potest, neque sobrius ab ebrio perfunderi. Ubi- que cogitur non adferret fornicitas, tandem nequicquam te contendisse apparebit. In Eusebio.

Contentare impetivè cum amicis, & in disputationibus prudens, quidam, Cavebo, ait ne contra, quam sentio studio vincendi contentionem fovam, amplexerique, quando cum jactura, veritatis, etiam fecus, quam ipse credo, falsa argumentatione contra disputans decipiatur, aut saltem ad contendendum extimulet. Stob. ferm. 1.

Eusebius Philosophus dicebat, homines multa potius scire videri cupere, quam vera dicere studio teneri. Proinde multos dum contrarias veteribus opiniones probant, veri cognitionem de rebus maxime necessariis dubiam efficere. Stob. ferm. 4.

Idem multi homines, inquit, disputando de rebus, haud secus, quam animantia bruta pugnant, solam sibi victoriam proponunt: ac veritatis amore, ac studio relicto, nihil præter suam utilitatem curant. Eod. ferm.

Vide Discordia, Litigium, Lis, ira.

Contentus.

* QUIS DICATUR.

Contentus Apollonius Græcè, nomen est, non participium, à continere: & significat eum, qui animo suo factus, nihil desiderat extra sortem suam. Unde perperam disputat Vall de illius eum suo verbo significatione, cum non habeat eum eo communem. Terent. in Eunuch. Neque tu, inquit, uno contenta eras, neque solus dedisti.

* CONTENTI SUA SORTE.

Paucos reperiri, qui sorte sua cum animo fatiati existant, experientia doceatur. Unde merito Mecænatem suum percontatur Horatius lib. 1. ferm.

Qui sit Mecenas, ut nemo, quam sibi sortem, Stes ratio dederit, seu fors objecerit, illa Contentus vivat.

Quam quidem questionem non dissolvit, attamen satis indicat, illam animi ægritudinem proficisci è nimia cupiditate, quæ sollicitudinem semper adfert, aliud, & aliud consequendi. Nisi etiam invidiam, quæ rebus proximis invidiatur, adjuvantis.

* EXEMPLA CHRISTIANORUM.

Maximum bonum, & divinum, adeoque summæ felicitatis primaria participatio est, sibi sufficientem esse, & velut sua sorte contentum. Nam Deo proprium, sibi sufficere. Unde Saddai Hebræis dicitur quasi Sedai: quod est, qui omnem habet sufficientiam. Talem se exhibet in Epist. ad Philippenses Paulus, dum ita scribit. Ego didici (scilicet usu, & assuetudine) in quibus sum (hoc est, illis, quæ mihi ad manum sunt) sufficiens esse, abundare, & penuriam pati, id est, habere, quod superfluit, & pati, quod deficit. Hoc enim docuerat Paulum exortatio frequens, & carcer. Ad Philip. cap. 4.

Ita Pauli imitator Episcopos Tornacensis Venderillus vit Apostolicæ zelus, cum adhuc consiliarium ageret, ab Hæreticis captus, & infami carceri inclusus, malèque habitus, sanastamen, & vegetus, cum redisset ad suos, dicebat: Experientia edoctum jam esse, quod prius ignorabat, paucissimis naturam esse contentam, parvoque vitam produci, adeoque in carcere didicisse esse sufficiens, paucis contentum. Refert Cornel. à Lapide cap. 4. Epist. ad Philippum.

Vilioribus escis contenti erant Daniel, & focii ejus, quando legumina, & id genus esculentorum præponebant cibis, qui à mensa Regis inferrebantur; & simplicis aque potum vino condito, factumque, ut vultus eorum apparent meliores, & compulsiore, quam aliorum, qui è mensa Regis vescerant. Daniel. cap. 1.

S. Egidius Comes S. Francisci, rogatus, quis esset beatus, Respondit: Qui amat, & non desiderat amari: qui servit, & servit sibi non recipit: qui se bene erga alios gerit, non tamen eo fine, ut se vicissim bene erga illum gerant. Refert Cornel. à Lapide. Comment. in cap. 6. Exodi.

EXEMPLA ETHNICORUM.

Nutrix Medæ, Medæ furentem ob superinductam à Jafone marito Creontis Corinthiorum regis filiam videns, beatam se præ domina prædicat, inquit:

* Continentia.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Continentia secundum Aristotelem, est virtus generalis, aut potius complexio virtutum, quæ continens omnes viciorum illecebras cohibet. Continentiam ait Hieron. non solum in castitate debemus accipere, sed etiam in cibo, & potu, in ira quoque, & vexatione mentis, & detrahendi libidine. Nonnunquam accipitur pro castitate. Quævis in hoc differat, quod secundum Anselmum, continentia fit in iustamine: nempe, dum adversaria voluptas ei obsistit adhuc, & castitas in pace.

APOPHTHEGMATA, ET EXEMPLA ETHNICORUM.

Pythagoras dicebat, nihil egregium comparari, quod non continentia labor præcederet. Stob. ferm. de continentia.

Idem ad monebat. Ne sæpe homo ab homine: hoc anigmate frequenter veterum usu interdicens. Eod. ferm.

Idem jubet, ut unumquique, continentiam sibi tanquam robur ingens, opeque pararet. Eod. ferm.

Apollonius, commendabat frugalitatem, & continentiam, non quod (inquit) tanti res utiles, ac minime sumptuosas faciamus, sed ut hoc pacto animi magnitudinem augeamus. Ibid.

In festo quodam Athenis ostentandi causa, Alcibiades multa dona Socrati transmisit. Admirata Xanthippe donorum magnificentiam, maritum ut acciperet, rogavit. Ad quam ille: Immo detrahendo munera, cum ambitiosa, inquit, viri ambitione certabimus. Tanta fuit hujus viri continentia. Eodem ferm.

Idem rogatus quomam à cæteris hominibus differret, respondit: Alii quidem vivunt, ut edant: ego edo, ut vivam. Eodem ferm.

Idem interrogatus, quo quis pacto opulentus evadret? Si continens, inquit, & cupiditatum fuerit inops. Eod. ferm.

Democritus dicebat bene compositum esse animum, qui de rebus absentibus non tristatur, presentibus autem lætatur. Ibid.

Pericles, collegam fortis Sophoclem poetam, cum simul navigarent, ac Sophocles conspecto formoso puero dixisset: En quam speciosus puer: Decet, inquit ille, & Sophocles: præter non modò manus, sed & linguam habere continentem. Plut. in Apoph.

Zeno simul, & Cleanthes assidebat Chæremonde, cum- que sentiret affectum amoris, surrexit. Hoc admittat Cleanthes? Etiam à bonis, inquit, medicis audio, ad versus inflationes optimum esse remedium quietem. Subdixit se vir integerrimus imminenti periculo. Laert. lib. 6. cap. 1.

Anacharsis status, atque imaginibus suis inscribi iussit, linguæ, ventris, & pudendis temperandum. Quod maximorum malorum causa sit lingua effrenis, luxu nil turpius, libido peccudem ex homine reddat. Laert. lib. 1. cap. 9.

Iseus Sophista, à quodam, qui formosissimam ostendebat mulierem, interrogatus, Num formosa videretur? respondit, inquit, ὀφθαλμοῖς: id est, desit laborare ab oculis. Phil. in Soph.

Archidamus, ei cum quis promississet suavissimum vini genus? Quorum inquit, opus est: quando quidem quo melius est, hoc prius absumeretur: & que fortes decem viros, ea reddent inutiliora. O verè masculum animum, & omnium deliciarum contemptorem. Plut. in Lacon.

Idem quodam die cum castra tumultuosius essent movenda, adolescens, cujus amore tenebatur, relinquebat ægrotum, cumque is & blandis precibus, & lachrymis illum remorari conaretur, versus ad suos, Quam difficile est (inquit) simul & misereri, & sapere: malens sequi, quod id temporis expediebat, quam quod dicebat in amicis affectus. His animi dotibus cæteris præcellerat Agesilaus. Plut. in Lacon.

Cum quidam Alcameni Telecti filio objecisset, cur tamfordidè viveret, cum tamen amplas possideret opes? Decet, inquit, eum, qui multa possidet, pro ratione, non pro libidine vivere: Significans, perniciosus esse opes, nisi adit animus ipsius superior. Plut. in Lacon.

Alexander invitatus, ut Darii filias inviseret (prædicabant enim puellæ admirabili esse forma) noluit ire, dicens: Sibi non committendum, ut cum viros vicisset, à mulieribus

Τὸ γὰρ αὐτὸ ἴδιον ἐστὶν ἐν τοῖσι Κολοσσῶν ἰσοὶ γ' ἔσθ', ἢ μὴ ἐκείνῃται, Ἐ ἕρπης τ' ἰν' ἀνακαταστάσει, Ἀφῆστὶν ἠὲ τὸν ἰσὸν ἐν ἀνομιῇ, ποτὶς μὴ, ἢ ἢ σὺν σπλῆνδι, ἢ αὐτὸ δὲταιρ ἐνέσφῆσῃ.

Agistex, Archidami filius iactans clausuram Spartanis aditu in Græciam Philippum: Satis nobis, inquit, hospes spatium, verandum in patria est. Plut. in Apoph.

Bias rogatus, cur nihil exportaret rerum suarum ex incendio Prienes patriæ: ego verò, inquit, omnia mea bona mecum porto, significans ea, quæ verè nostra sunt, intra nos esse, velut eruditionem, ac virtutem. Ut rursum, quæ verè mala sunt nostra, non licet effugere, quantumlibet commutetur locus. Eraf. in Adagii.

Sunt Hominum nationes certæ, ad quæ igne, quæ vitam degunt, domo carent, & penatibus, ac sub dio agunt. Plut. de Aquæ, & Ignis comparatione.

CYNICUS Diogenes minime usus est igne, adeoque cum vivum polyodem deglutivisset, facturus periculum, an cruda ventriculus ferre posset, magno labore, & sumptu elixationis, & assationis suos liberatus: Sic, inquit, pro vobis amici adimus intrepidè periculum. Ibid.

Socratem, cum videret in imperio triginta tyrannorum multos summæ exificationis viros interficere, & locupletissimos quoque gravissimis suppliciis per infidias circumveniri, dixisse ferunt ad Antisthenem. Num quid te pœnetet, quod in vita nihil magnum, neque spectabile consecuti simus, quem admodum videmus in tragedia describi monarchas, Atreos alios, & Iyesthas, & Agamemnones, & Egisthos. Nam illi obrunctati in tragediis taxantur, & mala fœcula cœnæ se protrudunt. Nemo vero poterat eo progressus esse audacia, & impudentia, ut porcum matatum in drama introducat. Eran. de Var. biff. lib. 2.

Horatius suam cum opulentissimorum felicitate frugalitatem comparans, sic inquit:

Hoc ego commodatus, quàm tu, præclare Senator, Multis atque aliis, vivo. Quæcumque libido est, Incedo solus, percontor quanti olus, ac far: Fallacem circum, vespertinumque perrera

Sæpe forum: assiduo divinis: inde donam me Ad porri, & ciceris vesera, lachanisque catinum: Cœna ministratur pueris tribus, & lapis albus

Pocula cum cyatho duo suffinet. assat echinus Ylis cum patera guttus, Campana, supellex: Deinde eo dormitum.

Inter ea, quæ Cæsar Augustus quotidiano sermone solebat usurpare, Suetonius & illud commemorat, quod quoties significabat præsentem rerum statum esse boni consulendum, dicebat, Contenti sumus hoc Catone. Cato Uticensis conatus est tueri præsentem Republicam statum exclusâ tyrannide: at non successit, vicit ea pars, quæ tyrannidem videbatur afficere, Augustus autem in hoc cum Catone sentiebat, quod præsentem Republicam statum nollet immutari. Erasimus in adagii.

Require Titulum de divitiarum Contemptu, Paupertate.

NON ESSE CONTENTUM.

Ex loco Amicitia, & Ambitionis, & Libidinis, hic multa quadrabunt.

Tantalus apud Plutarach libro de Exilio, ex tragedia quadam introducit hæc dicens: ἀντίοιο δ' ἀπαρὰ δ' ἀνομιῇ ἀναστὰς δὴ ἐκείνῃται χυρῶν, Duodecim diem iter longum agrum Bercyinthios agros colo. Et paulo post, διῆλθὲ δὲ τοῦ ἰσθμοῦ κρητῶν ἀναστὰς, ἀνομιῇ, ἀνομιῇ: ἢ ἀνομιῇ ἄνδρα. Γραμμοῖ δὲ ὁ ὁρῶνται τὸν ὄρῶνται: ἄνδρα: ἀνομιῇ ἄνδρα: ἀνομιῇ ἄνδρα.

Amnis autem meus in cœlum tendens sursum, in terram decidit, & me sic alloquitur: Dico non nimium humana colere. Carerem hoc ipso humanorum nimio contemptu, in altum præter modum affurgens, semetipsum aeternis suppliciis dignum præbuit.

Horatius in Odis, eorum qui supra vires suas aliquid aggrediuntur, sorte sua non contenti insaniam exemplo Phaethontis, & Bellerophontis taxat, inquit:

Tertet ambusus Phaethon avaras Sps, & exemplum grave præbet ales Tegasi, terrenum equidem gravatus Bellerophontem.

libris vinceret. Erasur. lib. 8. apoph. Max. serm. 9. Idem apud Antipatrum cœnans formosa psalteria induc...

Idem cum Cassander Pythenem Evii tibicinis amantiam per vim oculari vellet, idque Evium agrè ferentem sensisset Alexander...

MENEDEMUS, adolescens quodam dicente, magnum esse, si quis, quæ concupiscat, assequeretur: Multo, inquit, majus est, nihil eorum, quæ non decet concupiscere. Max. serm. 3.

BASILIUS, Verè continens est, (inquit) qui omni perturbatione superior est, nullum voluptatis iramentum admittit: sed animo sobrio, & nunquam cedente ad omnem fructuonem notiam afficitur. Anton. serm. de seipso, & continentia.

PLATO sepius siti laborans, & puteo hauriebat aquam, iterumque effundebat, ut ita cupiditatem castigaret.

AGESTLAUS, cum admoneretur, ut aliquid de vitæ rigore remitteret, causam addente quodam, eam vitæ volubilitatem eventuram, ut tempus aliam vivendi rationem exigeret: At ego, inquit, me confectio, ut quæcumque incidit fortunæ mutatio, ne quæram ipse mutationem. Mira animi continentia, qui nec in austeriore vita delicias requireret, nec inter delicias agens, ab illis corrumpi posset. Plut. in Lacon. apoph.

XENOCRATES si quando vini cadum replevisset, in vapam convertebatur, antequam consumeretur: sapè, & obsonia pridiana jam corrupta egerit, hinc natum est proverbium, Xenocratis caseolus, de rebus diè durantibus, quæ non facile absumuntur.

Vide Abſtinentia, Ebrietas, temperantia, virtus.

Contractus.

Vide Actio.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Contractum definiunt I. C. L. 19. Labeo, de verb. signifi. cat. esse ultro, citroque obligationem. Græci συνθηκαιον vocant. Non quod ipse contractus sit formaliter obligatio, sed quod sit obligationis causa.

Est enim proprie Contractus signum practicum exterum, ultro, citroque obligationem ex consensu contrahentium patiens. Et sic non comprehendit donationem, & promissionem.

Nonnunquam tamen in jure latius usurpatur, ut hæc etiam comprehendat, I. Contractus. 16. de fide Instrument. Et alibi Donationem appellant Contractum: ac idem volunt cum Pacto. Quomodo etiam communiter ea voce utimur. Videatur Gomez. tom. 2. cap. 9. num. 2.

* QUOT MODIS PERFICIATUR.

Contractus quatuor modis perficitur, Re, Scriptura, Verbis, Consensu. Ita 51. 5. Contractus num. 6.

Re perficiuntur, qui non perficiuntur in conventionem sola, sed requirunt rei traditionem, ut depositum, commodatum, ratuum, permutatio, pignus, donatio. Non enim contractus hi censentur celebrari, nisi re tradita, ut ipsa nomina indicant, quibus significatur rei traditio. Unde ante traditionem, dum in solis verbis consistunt, dicuntur pacta nuda, quæ non pariunt obligationem civilem, nisi ex aliquo juris privilegio.

Scriptura perficiuntur, qui ante Scripturam rati non habentur: ut emphyteusis, & omnis contractus, quem contra-

hentes nolunt concludere, nisi coram notario, qui instrumentum conscribat. Verbis dicuntur perfici, qui requirunt certam verborum formulam. Tales sunt omnes stipulationes. Hæc sunt formulæ quædam, quæ constant interrogatione prævia unius, & responsione subsequæ alterius, v. g. spondeo dare tantum? spondeo. Promittis 100. promitto. dabis 100. pro domo mea? dabo. facies? faciam, fidejubes? fidejubeo. &c. Impossibile enim est omnes stipulationis formulæ perscqui, teste Cicero in Topicis, vide Insit. de verborum obligationibus. Hæc autem formulæ possunt adhiberi in omnibus contractibus, eisque majorem firmitatem in foro externo tribuunt. De quibus vide plura apud Gomezium tom. 2. cap. 9. quæ quia solum ad forum externum pertinent, (in quo etiam parvum usum nunc habent) omitto.

Consensu perficiuntur, qui non requirunt certam verborum formulam, sed sufficit consensus, quovis modo exterius utrimque explicatur, ut emptio, venditio, locatio, conductio.

DIVISIONES.

Varie assignantur à Doctores Contractuum divisiones, sed eas rejicimus in Locum de pacto, cum etiam in illo utarumur. Hic sufficiat in genere distinxisse, Contractum alios esse publicos, alios privatos.

CONTRACTUS PUBLICI, UT SUNT.

FOEDERA. VEL INITIA.

De his sub loco Amicitia. Cum quibus.

Erat Romanis constitutum, ut nunquam cum hoste armato conditionem fœderis acciperent, neque cum aliquibus pacto imperio nisi prius omnia tradidissent, & præsidium accepissent, aut denique fœdere adstricti essent. Alex. lib. 5. cap. 3.

Bayonam ad Gallia R. Carolum IV. venit foror Elizabetha Philippi Hispani R. uxore. Firmatur tunc, absente licet Hispano, inter duos reges, sacrum illud, quod vocant Fœdus, religionis veteris constituendæ, novæque expandendæ, perfundendæque, & quod Gallia istis hominibus infestaretur, vires, & auxiliaque, quanta poterit, Hispanus pollicetur Gallos: Gallus vicissim Hispano, quantum res, occasionesque postularunt, quipè fiduciam in hære dicitur, cui res aliqua mancipatur, & creditur, ut habet multo post illum mancipam reddat. Eos Lacedæmonii ἠποβίλους nuncupant, qui alterius tutelam, curamque suscipiunt. Apud Indos lege cævetur, ut patre defuncto, filius tutores duo peregrini, non cives dentur. Alex. lib. 6. cap. 10.

Dativi tutores proprie sunt, qui neque lege, neque testamento instituti, sed à magistratu dati sunt, Attilianus scilicet, & Juliani. Hotom. de Verbis juris.

Fœdenia Hipalæ meretrici, ob detectam Bacchanaliorum turpitudinem, data sunt à Senatu Rom. inter reliqua ornamenta etiam centena millia æris, & tutoris optio ut esset, quasi ei vir testamentum dedisset, teste Livio lib. 9. Decad. 4. Nam romanæ mulieres, nisi viri testamentum tutorem obtinuissent, non spontè legendi potestatem habebant, sed à prætorè cogebantur accipere.

Quibus Conditionibus.

In fœderibus cum Hannibale factis continebatur, ne Ceteræ Carthagenisibus exprobrant Carthagenisum hipparchos, atque duces esse judices: neque Ceteris Carthagenisibus obiciant, Ceterarum mulieres judicare. Polyenus l. 7.

Proditum memoriæ est in fœdere cum Hannibale, & Gallicis ictu cæveri, ut societas straret eo jure: quod si Carthagenis aliquod admittum pateretur à Gallis, ejus rei judicium penes Gallicas mulieres foret: si verò Gallus à Carthagenis, penes magistratum Carthagenensem. Alex. lib. 4. c. 11.

Quo tempore. Ferunt Athenienses nunquam nisi in veste pulla, & malis visis, pacem, & fœdera misse, hoc esse, non nisi ultima ductos necessitate pacem petere. Alex. l. 5. c. 3.

CONSERVATA.

Fœdera, pactionesque postquam cum externis, & ultimis gentibus inita erant, Romani in templo Capitolini Jovis, columna, aut æneis tabulis insculpebant. Ibidem.

Græci fœdera in Jovis Olympi templo, & in Arce Athenis, tanquam in advyto quodam: plerumque tabulis ex antiquo ære, ut essent testata monumentis, sancta, & facta habuere: nonnunquam in Isthmo, aut ludis Pythiis, fœdera ista, & leges dictas, pactionesque erectis titulis perpetuo tempore duraturis publicant. Alex. l. 5. c. 3.

CONNUBIUM.

Ex Oeconomicis, hæc proprie Communitas uxorum. Vide. item locum Amicitia conjugalis.

TUTELA.

Ex tit. Fidei, & Persidia tutorum hæc quadam.

Fuit apud Thurois lege cautum, ut honorum & fortunarum pupilli, agnati proximi curam agerent: ipsius verò educatio, & morum institutio, maternis affinis daretur. Solonis tamen lege cautum fuit, ne sit tutor esset, ad quem post obitum pupilli bona redundarent, ne qua fraus, ne quis dolus compositus pupillo exitio foret, quæ tutela Fiduciaria dicta, quipè fiduciam in hære dicitur, cui res aliqua mancipatur, & creditur, ut habet multo post illum mancipam reddat. Eos Lacedæmonii ἠποβίλους nuncupant, qui alterius tutelam, curamque suscipiunt. Apud Indos lege cævetur, ut patre defuncto, filius tutores duo peregrini, non cives dentur. Alex. lib. 6. cap. 10.

Dativi tutores proprie sunt, qui neque lege, neque testamento instituti, sed à magistratu dati sunt, Attilianus scilicet, & Juliani. Hotom. de Verbis juris.

Fœdenia Hipalæ meretrici, ob detectam Bacchanaliorum turpitudinem, data sunt à Senatu Rom. inter reliqua ornamenta etiam centena millia æris, & tutoris optio ut esset, quasi ei vir testamentum dedisset, teste Livio lib. 9. Decad. 4. Nam romanæ mulieres, nisi viri testamentum tutorem obtinuissent, non spontè legendi potestatem habebant, sed à prætorè cogebantur accipere.

CLIENTELA.

Feudum genus est clientelæ, quo vel dignitas, vel feodalitas, vel prædium aliquod ea lege alicui datur, ut & ipse, & ipsius posteræ, atque hæredes beneficii auctorem perpetuo agnoscant, & quasi pro patrono colant: e jusque caput existimatio nem, & fortunæ tuncantur. Illius enim causa, & origo hæc fuit, ut victores eum gratiam suis ducibus, prædictis, ac militibus pro opera in bellis, ac præliis egregie navata referrent, hominibus, & fortunam Italorum in illos transferendis: tum etiam certos sibi devinctos, & tanquam devotos clientes haberent, quorum opera, bello paratam regionem in posterum, si opus esset, tueri possent: quos sua lingua modo Valvares, modo Vasallos appellaverunt. Unde tres Feudorum gradus facti sunt, summus, medius, infimus. Summus ordo est, principum, ac procerum, qui lingua illorum Capitanei regni, Duces, Marchiones, & Comes appellati sunt: & à rege tum illis honoribus afficiebantur, tum etiam Italia oppidis, ac vicis, locupletum etiam victorum artibus, sibi donabantur. Quæ Feuda quia partem aliquam Regni dignitatis obtinebant, (qui enim Duces, & Marchiones nunc appellantur, Reguli olim fuerunt, idcirco olim Regalia dicta sunt) Itaque potestas eis data eundendæ pecuniæ, creandorum magistratum, salinarum, & fo-

dinarum exercendarum, caducorum, confiscationum, carumque functionum, quæ Angaria, & Parangaria appellantur: quæ jura, vulgò jura Regalia (pro Regalia) nominantur. Medius ordo eorum fuit feudorum, quæ principes illius ordinis proceres, Regis concessu, ea lege aliis inferioris dignitatis hominibus dabant, ut Vasalli ipsos secundum Regem ejus beneficii auctores, ac patronos agnoscerent, & pro capite, ac fortunis ipsorum, si usus ferret, pugnarent. Quo in numero ii, qui vulgò illorum lingua Barones, ac Majores Valvares, sive Vasalli appellantur, fuerunt: qui patronos quidem illos agnoscebant, sed tamen, ut jam dixi, secundum Regem infimus ordo eorum fuit, quæ à secundi ordinis Vasallis in privatos conferebantur: sive ignobiles essent, quàm nobilitatem armis pepererant, sive ignobiles: nam utrique eadem qua superiores jurisjurandi formula obligabantur: ut clienti patroni sui caput, fortunam, contra quemcumque adversarium solius Regis majestate excepta, tucatur. Hotom. de Verb. jur.

CONTRACTUS PRIVATI, QUIBUS TRANSFERTUR DOMINIUM MUTUUM.

Consule Tit. Fidei, & Persidia in mutuo.

Mos est apud Aegyptios, defunctorum parentum corpora dare in pignus creditorum. Summa illos, qui non redimunt sequitur infamia, & sepultura caret. Diad. l. 1. c. 8. Austriaci in repentina principum necessitate à civibus pro sensu ordine pecuniarum mutuo accipere solent: quod tamen provincialium injussum fieri non licet. Ad Novum tritici burgum, conventus è quatuor hominum ordinibus habetur, sacerdotum, procerum, nobilium, & equitum. Bonifacius lib. 7. Dec. 3.

FOENUS, USURA. TUM EXERCITIA.

Calendarium dictus codex pecuniarum occupatarum, id est, fœnori collocatarum: quia Calendis fœnori dabantur: & patresfamilias, Calendarum nomine præscripto, debitorum nomina perscribent. Hotom. de Verb. juris. Quemadmodum collocabantur Calendis pecuniæ, sic etiam exigebantur: qua de causa tristes, & celeres appellantur Horatio. Sat. l. 1. Ovid. l. 2. de Remed. amoris.

Usurarum species ex assis partibus denominantur. Sors omnis semper ad centenarium numerum revocatur. Summa autem usura est, cum pars fortis centesima singulis mensibus perfolvitur. Et quoniam ista ratione summa hæc usura duodecim aureos annuos in centenos efficit, duodenarius appellatur. Quemadmodum autem hic Anon ex mensura, sed ex annua pensione altimandus est, similiter omnes ejus partes ex anni ratione intelligendæ sunt. Ut si unus in centenos annuatim pendatur, Unciaria usura: si bini, Sextans: si terni, Quadrans: si quaterni, Triens: si quini, Quincunx: si seni, Semis: si septem, Septunx: si octoni, Bes: si novem, Dodrans: si Deni, centesima (qui est As usurarius) dicitur, cum pars fortis centesima singulis mensibus penditur. Romani enim Græcorum morem imitati (qui facilius, & commodioris doctrinæ causa valebat, perpetuo redegerunt) quantumcumque sortem similiter ad numerum centenarium revocant. Itaque Usura centesima, ex parte fortis centesima, sicut apud Græcos Drachmalis à Drachma, quæ pars est fortis ad minam redacta centesima, nomen invenit, quapropter eam Plut. in Lucullo vocant appellat. Hotom. de Verbis juris, centesimas usuras omnium videtur intellexisse minimas Cæcilius Epistolatum Octavo. Cælius lib. 28. cap. 34.

Apud jurisconsultos usura nautica dicitur centesimæ, magnæque. Negociariis foret interdum accipiunt mutuo, quoniam autem, qui nauticam exercent negotiationem, sic, suæque ventis, & undis committunt, fœneratores majorem usuram exigebant. Interdum accipiebant mutuum in una civitate, quod in alia redderent. Hoc genus negotiationis, quod utriusque periculo fit, à Græcis dicitur ἀποπρωρισμός, idque mutuum vocabatur δίκαιον ὑποθήκας: dicebatur & ὑπόθεσις, quod fortis daretur. Modestinus vocat Trajectitiam pecuniam, Usuras maritimas. Erasur. in Adag.

COERCITA.

A Vide Tit. Magistri auaritie vitanda circa Fetus. Patavini, Mome pietatis vulgo dicto circa ann. mcccclxi. in futuro, Judaeorum xxii. mensis fecerunt, quintam fortis annuatim exigentes, sustulere, montes vigesimam tantum accipiente. Bern. Scard. l. 2. biff. Pat. classe 5.

NULLA.

Indi ad usuram pecuniam non locant, neque accipiunt, neque Syngropham, aut depositum faciunt. Aelian. l. 4. de varia bistor.

PERMUTATIO.

Veteres mercibus res invicem commutare, vel coriis bouum nummorum loco, aut bobus, pecudibusque ac ferreis virgis usos comperimus, Homeri testimonio, qui res cento, & zllimatione dignas, non pecunia, sed boum & pecudum numero taxavit, & Achivos non pecunia, nec aere signato, sed rudi massa aeri, vel ferri vinum mercatos, & cum mancipiis permuffa scribit. Cujus auctoritate Ulpianus de contrahenda emptione, etiam sine pecunia fieri emptionem asseverat. Armeni, Scythae, Seres, & Sarmatae, non intercessu pecuniae res emere, sed rerum commercio permutare, affuerant. Deserta enim, & vacua cultoribus loca, hominibusque infrequentia, magis quam urbes incolebant. Massyli vero in Aphrica populi, pecora, & mapalia pecuniae loco habuisse feruntur, cum quibus merces saepe mercatores commutabant. In Britannia gens inhospita, juxta Seylliram insulam, permutando dabat necessaria, & accipiebat. Alex. l. 4. c. 15.

Negotiatores olim in mediterranea salem importantes, mancipia reportabant a barbaris. Et Thraciae genti peculiaris erat mos, mancipia salem commutare. Unde comicus quidam: Opaz egyptus a, apis adae ippanauios.

Generosus est Thrax, sale redemptus scilicet, Ex Zenodoto Erasmus in Adagiis.

EMPTIO, VENDITIO.

De Contractibus Emptionis, & Venditionis Alex. lib. 4. cap. 15. Vide Tit. Fidei, & Perfidia in Emptione, & venditione.

CUJUS REI. QUOAD

Substantiam. Venditio

Agri.

HIEREMIAS propheta, obsidentibus Hierosolymam Babylonis, iussu agrum emere Hanameel patruelis sui a Domino indicii ergo, quod licet exciia a Chaldaeis urbe nihilominus in integrum restituereur; appensis xvii. argenti siclis agrum emit, & praesentibus testibus Baruch scriba, & minister Hieremia, libros duos emptionis, alterum ob signatum, alterum apertum, hunc cognitionis, illum fidei ergo, sicili ollae indicit, uti vel sub terra desola instrumenta consecrarentur. Hieron. l. 6. com. in Hieremie c. 32.

Domus.

Domus venditionis leges apud Israclitas, Levit. c. 25. Frumenti. Apud Rom. fuit Hasta salutis, ubi in summa inopia hasta posita, publice frumentum vendit. Alex. l. 3. c. 16.

D

Hominum.

Consule Locum Servitutis.

Cajus (ut Boetius auctor est, ita scribit;) Mancipatio est imaginaria quaedam venditio, quod ipsam jus Romanorum est civium: eaque res ita agit. Adhibitis non minus quinque testibus civibus Rom. puberibus, praeterea alio quidem conditionis, qui libram aneam teneat, qui appellatur Libripens. Is qui mancipium accipit, ares tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse ajo, sique mihi emptus est hoc aere, anaeque libra; deinde aere percussit libram, idque ares dat ei, a quo mancipium accipit, quasi precii loco. Hotom. de Verbis Juris.

Numerum.

Aversione, vel per aversionem emere, locutio est a Jurisconsultis usurpari solita, cum res multa simul, atque accervatim uno precio venduntur, multas autem intelligo, sive illae plurimae sint generum, sive unius: sed numero, aut pondere, aut mensura dividantur. Aconius hac in re vocem Semel usurpat, Sectores, inquit, spem lucri sui secuti, bona condemn-

natorum semel auctionabantur: ac postea singulas quasque res populo vendebant. Ab averrendo ducto etymo, cum E omnia simul & universa, tanquam per curriculum avertuntur. Unde univerfa dicuntur proprie, quae unum in locum sunt conversa. Ibid.

Possessionem, Emptio. Venditio rei Incerta.

Alea emptio dicitur d. l. c. cum incertus eventus emitur: veluti cum piscator jactum retis vendit, vel accipit pamboran, Hotom. de verbis Juris.

Milefii juvenes jactu retis empto, cum tripodem piscatores aureum extraxissent, septem sapientum censuram occasionem dederunt. Laert.

FORMA EMPTIONIS. HUC pertinet.

Proscriptio, Praeconium.

Olim qui fundum proscribebant venalem, praconem edocebant, quibus dotibus esset ager commendabilis, quam salubri caelo, quam commodo situ, quam fertili solo, quam bene aedificatis villis. Themistocles, cum fundum venderet, iussit hujusmodi dotibus & illud adici: quod haberet bonum vicinum. Eras. in Adag.

Romae in sectionibus primùm Portense regis bona proclamabantur, eò quod rex ille pace cum Rom. facta, castra illis commeatu referta donaverit. Quam quosales post regis discessum vendidissent, memoria saltem gratia aucto inter cetera urbis solemnia celebrata fuit. Plut. in Publicola, Liv. & Sab. l. 6. En. 2.

Indicium.

Manceps, inquit Festus, dicitur, qui manu capit: qui quid a populo emit, conducitur, quia manu sublata significat se auctorem emptionis esse. Qui idem praes dicitur, quia tam debet praeslare populo quod promissit, quam qui pro eo praes factus est. Hotom. de verbis Juris.

Paatum, Conditiones.

Terram perpetuum vendi apud Israclitas Domini lege interdictum fuit. Nam mea terra est, inquit Dominus, vos mihi peregrini estis, & convener. Quare in omni possessionum veterum solo redimendi soli jus conceditur. Levit. 25.

Mancipationis, & vulgaris emptionis illa fuit differentia, quod in illa evictionis periculum praestabatur: in hac, non praestabatur. In illa dupla ipso jure auctoritatis nomine dabatur, in hac primùm non nisi stipulata fuisset; & postea tamen propter consuetudinis assiduitatem in empti venditii iudicium etiam tacite, & vi bonae fidei actionis veniebat. Cum res mancipio non dabatur, periculo emptoris ea fuit: neque evictio ab emptore praestari solita. Quod si mancipio adhiberetur, & res postea evinceretur. Paulus l. 6. Sent. 2. cap. 7. scribit, venditorum auctoritatis nomine duplo tenus obligati. Hotom. de verbis Juris.

PERSONAE VIDELICET

Ementes.

Manceps sunt, inquit Aconius, publicanorum principes, Romani homines: qui quaestus sui causa, si decumas redimunt, Decumani appellantur: si portum, aut passum publicum, Portitores, aut Pecuarii: quorum ratio Scriptura dicitur. Hotom. de verbis Juris.

Apud Thucydios si quis domum emerit, vel vendiderit, sacra facere in Apollinis Epicomazi fano: si vero praedium, in vico quem inhabitat, & jurare coram magistratu solet, quod revera iuste emat, vendat, nec fraudulenter agat, nec aere, dolore utatur ullo. Stob. ferm. 42. ex Theoph. scriptis.

Vendentes. Qui vendunt

Sua.

Apud Cecertaeos opifices onera gestant, donec occurrat, qui emat. Eras. in Adag.

Alicia. Propola si sunt, de quibus sub Commutationibus Mechanicis.

TEMPUS. QUANDO.

Sauromatae inter popula filias vendunt. Eras. in Adag. * CEN.

TESTAMENTA. Eaque vel FACTA.

Ex loco Fidei, & Perfidia in Testamentis buc quaedam. Respectu Matris legatorum.

Aleator quidam moriens (quasi partum fuisset, in vita lussisse) testamento religiose cavet, ut detracta cadaveri suo cure, ossibusque omnibus exemptis, ex his testera fierent: ex illa vero membranisque omnibusque, mensa, alvocolus, strillaque, quanta fieri posset diligentia, congeneretur. Paschasius lib. 1. de Alea.

Respectu Formae.

Tria veteribus fuisse testamentorum genera. Unum, quod calatis comitiis fiebat: alterum, quod per as, & libram, libripenti adhibito, & emptore familiae: tertium, quod prociatum vocabatur, cum milites ituri in praedium, nulla legum solemnitate, tribus, aut quatuor adhibitis, rapim apud commilitones testabantur: qui mos talis erat, ut milites, cum decernere parant, antequam togam circumcingerent, aut clypeos arripent, tribus, aut quatuor audientibus haerem sibi nuncuparent, si quid in aere fecus eveniret. Alex. l. 3. c. 4.

Respectu Personarum, ipsius scilicet

Legatis, qui legare possunt.

Solonis Atheniensis probatur lex testamentaria. Etenim antea non erat jus Atheniensibus testamento condere, sed familiae defuncti pecunia, & haereditas relinquenda erant. Hic liberum fecit, non extantibus liberis, cui visum esset, sua donandi, amicitiamque propinquitati, & gratiam praeruli necessitati, pecuniamque mancipium fecit possessorum. Nec indefinitè tamen citra delectum dare indulgit: sed fit non per mortuum, vel medicamentum, nec vinculis, vel vi attrictus, vel uxoris inductus esset blanditiis. Plut. in Solone.

Pius II. eorum Cardinalium testamenta, qui Romae decessissent, libera esse voluit: qui incestati obissent, eorum bonis demum referri in aarium est passus, si nec propinqui comparuissent. Campanus in ejus vita.

Legatarii. Cui legatur.

R E S C I S S A.

De bis sub loco Justitia, & Injustitia circa Testamenta.

NULLA.

Jus testamenti a Carolo Magno Saxonibus ademptum, a G Ludovico Pio Imp. restitutum. Amilius lib. 4.

* CONTRACTUS, QUIBUS NON

TRANSFERTUR DOMINIUM.

Depositum est res, quae alicui traditur custodienda: & contractus, quod repositur, quod custodiae est traditum. L. I. depositi.

Commodatum vocatur tum res ipsa, cuius usus alteri conceditur: tum contractus, qui est rei alicujus quoad usum solum, gratuita concessio. Unde à mutuo in hoc differt, quod res tradita sit eadem numero restituenda, sique tam rei immobilis, quam mobilis. Non ita mutuum quod circa mobilia sit, & diversum numero restituitur, ac dominium transfert: hoc enim mutuum est, quod de meo fit tuum.

* CONTRACTUS SUBSIDIARI.

R E L I Q U O R U M.

Quos utique confirmant, & securiores reddunt.

Fidejussio est alienae obligationis in se susceptio, qua se quis obligat ad eam implendam, si debitor principalis non solverit. Vide Gomezium, Tom. 2. cap. 13. num. 41. & perficitur verbis tanquam formula. Quamvis jure, & in foro conscientiae sufficiat consensus, qui autem postum fidei subere, videatur apud Havarrum, Lessium, & alios.

Asecuratio est alieni periculi praestatio, vel contractus, quo quis alienae rei periculum in se suscipit: obligando se, vel gratis, vel iusto precio ad eam compensandam, si perierit.

Pignus est res, quae traditur Creditori, sive obligatio, quae ex contractu in re nascitur.

Hypotheca, quae sine traditione, nuda conventionione, continetur. Hoc tamen duo ista differunt, quod pignus fit rei mobilis, hypotheca immobilis. Quamvis haec nomina in jure passim pro istem usurpentur. Videatur L. I. §. ultima. Quae res pign. vel hypoit.

CONTRACTUS QUOSCUQUE INJUSTOS

Rescindere.

Peto ex Loco de Actione, integro Titulo. L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.